
INDEX
PLANTARVM
HORTI ET AGRI
IENENSIS.

SCRIPSIT

ERNESTVS GODOFREDVS BALDINGER,

MED. PROF. ORD. IN ACAD. REGIA GEORGIA AVGVSTA GOTTINGENSI, OLIM MED. ET BOT. PROF. ORD. IN ACAD. IENENSI.



GOTTINGAE ET GOTHAE

Apud IOANNEM CHRISTIANVM DIETERICH, 1773.

VIRO

CLARISSIMO ATQVE

EXPERIENTISSIMO

IOANNI PHILIPPO

WOLFF,

MEDICINAE DOCTORI

ATQVE MEDICO APVD SVINFVRTENSES

CELEBERRIMO

S. D.

ERNESTVS GODOFREDVS BALDINGER,

VIR CLARISSIME,

Incredibile *Tuum* in addiſcenda botanica ſtudium, teſtis ego non ſine admiratione animaduerti, cum inter doctos diſcipulos meos *Te* adſiduum atque diligentem auditorem viderem. Ab eo tempore mihi addictus fuiſti, et nata fuit inter nos amicitia, cuius me nunquam poenituit, nec poenitebit vnquam.

Solertia inſigni plantas agri et horti Ienenſis collegiſti, atque induſtria *Tua* effectum eſt, vt rariores quoque plantas inuenires, quas neque viderat b. *Ruppius*, neque alii obſeruauerant creſcentes in ſolo ienenſi. Permulta *Tibi* debet flora ienenſis, et iuſtas mereris laudes, *Tuaque* induſtria poſteris omnino commendanda.

Laetabar vehementer, cum egregiis ſpeciminibus adquiſitam *Tuam* plantarum cognitionem, non vulgarem, immo ſublimioris etiam botanicae peritiam, publice probares. Sed vehementer deſidero, quam promiſiſti *Floram Suinfurtenſem.* Amoena enim vrbis regio et fertilis ager, nec non

 prata,

prata ſuinſurtenſis agri, largam pollicentur meſſim. Otium inter negotia *Tua*, vnice *Tibi* opto, vt collectas iamiam obſeruationes botanicas mox in lucem edere poſſis. Vates enim auguror, fore, vt mirifice placeant omnibus, qui botanicam amant, rei herbariae ſtudium *Tuum*, labor denique, induſtria, conatus, quibus ſuo tempore augebis plantarum notitiam et botanicae ſtudium.

In praeſenti tempore *Tecum* confabulor, de ſtudio meo ienenſi botanico, et de incremento, quod hortus debet humanitati tot fautorum, qui manu liberali communicarunt mecum tot plantas, ſtirpes, ſemina, quibus nunc hortum inſtructum ſcio. Saepius enim per litteras me certiorem feciſti, non ſine laetitia *Te* audiuiſſe, hortum noſtrum in dies augeri magis, meque ſperare, fore, vt poſt aliquot annos muſae ienenſes ſuperbire poſſint, propter horti diuitias. Acceperam enim a tot tantisque fautoribus multa, et quotannis a liberalitate fautorum meorum expectare poteram ea omnia, quae adhuc deſiderabam.

Noſti Cl. Vir, poſt obitum b. anteceſſoris, ill. *Kaltſchmidii*, Anno 1770. ſereniſſimos academiae Nutritores mihi demandaſſe

mandasse professionem botanicam et horti Ienensis curam.

Nimiis fere laboribus, chirurgicis inprimis, occupatus erat b. antecessor, quibus distractus, non poterat cogitare de augendo plantarum horti numero.

Noui muneris et officiorum memor, statim adplicui animum ad excolendam in ea academia botanicam, quae post obitum b. *Wedelii* et b. *Hambergeri* paululum neglecta erat.

Consilium meum, de studio botanico in academia ienensi emendando, aperui edito programmate: **über das Studium der Botanik und die Erlernung desselben.** Illo enim tempore Botanophili *Ziegenhaynenses*, DIETERICVS, pater et filius, nec non KLIPSTEINIVS, hortulanvs academiae, nominibus *Bauhinianis* et *Ruppianis* solummodo adsueti, commilitonibus nonnisi empiricam plantarum notitiam tradere poterant, nam systema et recentiorum botanicorum nomina plantarum ignorabant.

Primo itaque omnium systema eligendum erat. Non diu autem haesitaui, quodnam ex omnibus eligerem. *Linneanum* enim eligendum esse censui, quod adeo

 facile

facile addifci poteft, vt puerum illud docere poffimus, modo ex viuis plantarum speciminibus pauciffima vocabula artis difcere velit. Edoctus *Linnei* fyftema, facile reliqua Botanicorum fyftemata intelliget, immo intelligere non poteft, nifi didicerit antea Linneanum. Quem fugit enim, viros illuftres et clariffimos, *Gleditfchium*, *Ludwigium*, *Wernifcheck*, *Scopoli*, vt taceam alios, immutaffe folummodo fyftema Equitis, vt absque eius cognitione recentiora fyftemata intelligi non poffint. Tandem et iufta cauffa, cur eligerem *Linneum* ducem, fuit, cum nominibus Linneanis medici et oeconomi recentiorum temporum infignire foleant plantas, vt adeo nemo fcripta horum intelligeret, fi nollet *Linnei* nomina plantarum fibi cognita reddere.

Sat graues mihi videbantur cauffae, quas modo recenfui, et quibus effectum eft, vt genio feculi me accommodarem, et *Linneum* fequerer, quem deinde Anno 1771. et 1772, explicui.

Sed, vt omni ftudio inferuirem commilitonibus, illosque nullo fere negotio noua et inaudita in academia ienenfi edocerem, de aliis adminiculis cogitare cepi.

Satis

Satis bene cognitam ſibi reddidit floram ienenſem biga Botanophilorum Ziegenhaynenſium, *Dietericus* ſenex iamiam, ruſticus quidem, ſed ſagacioris ingenii vir, bonique animi, eiusque filius, qui patre duce, didicit plantas agri ienenſis fere omnes. Nolebam itaque turbare quemquam, hinc ſolummodo in libro *Ruppii*, nominibus *Bauhinianis* et *Riuinianis*, nomina plantarum Perill. *Linnei* vbique adſcripſi, vt ſcirent ſtatim commilitones, quoties euoluerent *Ruppium*, quodnam ſit nomen plantae apud Perill. Equitem, et vt ſtatim ſecundum eius ſyſtema poſſent illam plantam examinare, quam a Ziegenhaynenſibus acceperant. Sic enim non opus erat, vt Ziegenhaynenſes noſtri, noua diſcerent plantarum nomina, maxime ſenex ille bonvs, e contrario autem commilitones noſtri nomina veterum et recentiorum ſimul memoriae mandabant.

Sed *Klipſteinius* noſter facilem ſe praebuit, cum hortum reformarem, in addiſcendis nouis vocabulis, quae a b. *Teichmeyero*, quem praeceptorem habuerat, et ab anteceſſoribus meis nunquam audiuerat.

Ne autem ex labe memoriae aut errore, dediſceret iterum hortulanus meus ve-

ra plantarum nomina, omnes, quotquot in horto erant, inſigniui plantas, numeribus illis, quos praefixit ſingulis in Indice Plantarum Ill. *Iacquin.* Illud inde obtinui commodum, vt abſente hortulano commilitones atque qui hortum viſitabant hoſpites, ſtatim inuenire poſſent cuiuscunque plantae nomen in libello *Iacquini*, quem in horto inueniebant ſemper. Neque noua planta, quam ab amicis meis dono acceperam, turbauit numeros indicis, nempe cum ſingula in libello *Iacquini* iamiam numero notata ſit, ſolummodo plantae adſcribendus erat is numerus ex illo libello. Cum in publicis lectionibus *Philoſophiam botanicam* Perill. Equitis explicarem, et artis vocabula illuſtrarem viuis plantarum ſpeciminibus, commilitones proprio vt aiunt marte, diſcere poterant in horto meo ſyſtema *Linneanum*, modo vellent ſingulam plantam ſecundum ſyſtema examinare, quod admodum facile erat, cum intelligerent terminos artis.

Nec deſtitutus fui in academia Ienenſi adminiculis illis, ſine quibus vel peritus in cognitione plantarum nonnunquam dubius haeſitabit. Libros intelligo botanici argumenti, quorum ingens ſupellex ad manus

nus erat. Bibliotheca academiae Ienensis possidet insignem copiam librorum ad rem herbariam pertinentium. Viri enim celeberrimi, *Wedelii*, *Georgius Wolfgangus* et filius *Io. Adolphus*; *Teichmeyerus*, *Hambergerus*, *Kaltschmiedius*, et *Stockius*, coëmerant vasta illa volumina, quae in bibliotheca publica quaeri solent, vt ingentem horum numerum inuenirem, et inter illos libros partim etiam rariores. Sic *Rumpfii*, *Dillenii*, *Michelii*, *Fuchsii*, *Dodonaei*, *Bauhiniorum*, *Lobelii*, *Clusii*, *Riuini*, *Halleri*, *Pisonis*, *Tournefortii*, *Breynii*, *Theophrasti Eresii*, *Matthioli*, *Dioscoridis*, *Pluckenetii*, *Raii*, *Morisonis*, *Commelini*, *Barrelieri*, *Marsilii*, *Vaillantii*, *Linnei*, *Ioannis Sloane*, *Hermanni*, vt taceam alios, libri praecipui ad manus erant omnes, opera quoque alia, *hortus Eystettensis*, *Elthamensis*, *Malabaricus*, nec non peregrinatores multi, aliique auctores, qui de vniuersa scripserunt historia naturali. Pro singulari humanitate Exc. *Müllerus*, Philos. Prof. et Bibliothecarius, collega humanissimus, et Fautor multis nominibus colendus, praeceptori atque discipulis libenter, vt solet, rogatus, bibliothecae thesauros commodauit.

Pro-

Propria denique ſupellex libraria praeter libros non paucos quos etiam bibliotheca academiae poſſidet, continet non ſolum opuſcula minora et libellos recentiorum auctorum et temporum, ſed etiam partim rariora hodie (v. c. *Fabii Columnae* Ecphraſin ſtirpium, alteram Horti Eyſtettenſis editionem,) et denique ſcripta ex Anglia, Italia, Gallia nuperrime demum allata, vt vix nobis deeſſet memorabilis vel vtilis liber. Magnis enim ſumtibus vndique collegeram, quicquid nondum poſſidebam, et paucos libros, quos neque ego poſſideo, nec bibliotheca academiae Ienenſis aſſeruat, inueni fere omnes in bibliotheca Vinarienſi, v. c. Floram Danicam, *Schaefferi* librum de Fungis, et eius generis multa alia. Nunc vero nihil magis curae cordique fuit mihi, quam, vt in dies magis plantarum horti numerum augerem, nam praeter Aloes, Geranii, Cacti, ſpecies nonnullas, aliasque plantas vulgares, exotica pauca, nihil aderat, et ex nuper demum detectis plantis, vix vnam et alteram in horto cultam inueni. Quare publice et priuatim rogaui fautores ſtudii botanici, vt ſemina, plantas, ſtirpes, mittere vellent. Nullam plantam noui vnquam,

quam

quam non defideraret Botanicus, donec illam ex diffitis acceperit regionibus. Omnes itaque ac fingulas plantas, faltim quotquot colligere poffem, petii ab amicis meis, hortorum curatoribus, hortulanis, mercatoribus, et omnibus illis, qui plantas in hortis colunt. Nec fpes mea me fefellit, nam rogati alii, alii vero fponte, obtulerunt mihi diuitias, et breui tempore, trium fere annorum, tot plantas virentes in horto vidi, quot recenfet index, quem nunc exhibeo.

Sereniffima Dux Saxo-Vinarienfis, ANNA AMALIA, Domina mea longe clementiffima, cum audiret de conatibus meis, quibus meditabar exornare hortum ienenfem, clementiffime curauit, vt ftirpes aliquot, et plantas nonnullas, quas dono dederat horto, acciperem. Tanta immortalia Sereniffimae Dominae in academiam Ienenfem merita, quae ab omnibus et fingulis celebrantur, fpem fecerunt, fore, vt Domina locupletet hortum exoticis permultis, quod clementiffime promiferat.

Poftea contigit, vt Sereniffimus Princeps Deffauienfis mecum clementiffime communicaret catalogum arborum et fruticum, qui ex America Septentrionali, Caro-

Carolina, Virginia, Bermudia, Italia, oriente, magna copia allati coluntur in hortis et fyluis Sereniſſimi Domini Principis, mihique permitteret, vt eligerem illud omne, quod mihi deeſſet. Tanta munificentiſſimi Principis, liberalitas fuit, vt 70. arbores ac frutices dono acciperem, e quibus aceris, pini, querci, ſalicis, betulae, fraxini, iuniperi, populi, coluteae, platani, pruni, ſtaphyleae etc. ſpecies nominari debent.

Perilluſtris L. B. *Otto de Münchhauſen*, Praefectus prouinciae Haarburgenſis, aerarii et prouinciae conſiliarius, liberali manu ſemina plantarum rariorum ex horto praedii ſui *Schwöbbern*, miſit, hortumque ienenſem mirifice ditauit.

Repetitis etiam vicibus Cl. *du Roi*, Med. D. et h. t. Medicus Brunſuicenſis, locupletauit hortum ienenſem ſeminibus permultis arborum et fruticum americae ſeptentrionalis, qui hortos et ſyluas Perill. *de Veltheim*, Domini in *Harbke*, ornant. Laudanda venit quoque munificentia Ill. *Ludwigii*, Prof. Lipſ. celeberr. cui non ſolum multa rariorum plantarum ſemina debet hortus ienenſis, ſed etiam Meſembryanthemi, Claytoniae, Cacaliae, Euphor-

biae,

biae, Cacti, Crassulae species sane multas, quas iussu Viri ill. Cl. *Knolle*, Med. D. mecum communicauit. Veneror etiam liberalitatem Ill. Consil. *Grimm*, Archiatri Gothani; Exc. *Iaegeri*, Prof. Tubing.; Exc. *Vogelii*, Prof. Altorf.; Exc. Consil. Aul. *Güntheri*, Archiatri Coburgensis; summe venerab. *Schaeferi*, Theol. D. Consil. Prof. et Past. Ratisbonensis; Cl. *Iunghans*, med. D. et Bot. Demonstr. in acad. Halens.; Ill. *Spielmanni*, Prof. Argentorat.; Ill. Consil. Aul. *Gleditschii*, Prof. Berolinens.; Ill. *Kölreuteri*, Praefecti horti Carolsruhae; Ill. *Murray*, Bot. Prof. in acad. Gotting. nunc collegae humanissimi, et a nouem inde annis amici; Perill. Consil. *Baieri*, Acad. N. C. Praesidis; Ill. *Papii*, Bot. Prof. in Acad. Wirceburgensi; Cl. *Mücke*, Med. D. ciuis quondum nostri, et Perill. *de Zanthier*, summi saltuariorum serenissimi Principis Stollbergensis, praefecti, Cl. *Hensleri*, D. et medici Altonauiensis celeberrimi,; Ill. Consil, *Cartheuseri*, Med. et Bot. in acad. Giessensi Prof.; Cl. *Meyeri*, Apothecarii Aulici Stettinensis, qui mecum communicauit semina, quae in Sibiria collegerat Exc. *Pallas*. Tot ac tantis viris debeo semina multa plantarum americae septen-

ſeptentrionalis, Norwegiae, Sibiriae, Lapponiae, Virginiae, Carolinae, Penſyluaniae, Canadae, Galliae, Aegypti et orientis, Italiae, Syriae, Palaeſtinae, vt ex diuerſo climate et ſolo natali ſat multas plantarum ſpecies, in horto creſcere viderem, illasque commilitonibus monſtrare poſſem.

Vehementer gauiſus ſum, cum intra breue temporis ſpatium me adeo felicem eſſe ſentirem, atque ex voto ſuccederent omnia. Sperare poteram ab amicis meis et ſtudii botanici fautoribus, vt omnia in poſterum mecum communicarent, quae deſiderabam adhuc. Inprimis vero plantas vtiles, pabulares, tinctorias, olera, arbores quorum lignum vſibus oeconomicis inſeruit variis, in horto colere meo decreueram, vt praeter fundamentalem ſic dictam botanicam, in poſterum etiam botanicam oeconomicam docere poſſem.

Nec dubito, ex voto eueniſſe omnia, ſi Ienae manſiſſem.

Quum hortus tantam copiam plantarum, arborum inprimis et fruticum, capere vix amplius poſſet, haud ſemel promiſit academiae Ienenſis Maecenas, Perill. *Schmiedius*, Sereniſſimae Domus Saxo-Vi-

narienſis

nariensis Consiliarius Assistens Intimus, quem pio et deuoto animo propter immortalia merita in academiam, et tot ac tanta mihi collata benificia, aeternum veneror, se velle curare, vt Serenissimi Nutritores sumtus darent pro emendo magis spatioso horto, nam tanta Optimorum Principum atque Clementissimorum Nutritorum munificentia et liberalitas, quae laudibus vix satis extolli potest, et quam saepe miratus sum, non siuit vnquam, vt spes nos falleret, quoties academia aliquid peteret a tantis Principibus.

Hibernaculi exstruendi delineationem nitidam ante dicessum meum iamiam perfecerat Ill. *Succowius*, a Consiliis Camerae et Prof. longe celeberrimus, collega et fautor pie colendus.

Ex aliquo tempore autem de edendo indice plantarum cogitaueram, vt scirent exteri quaenam sint plantae, quae in horto iam crescerent. Sed negotia alia de die in dies distulerunt indicem edendum, tandem et librarii ienenses fefellerunt me, cum saepius promitterent, se velle impensis propriis hunc libellum typis excudi curare.

 Nolui

Nolui tamen indicem, quem publice aliquoties iamiam promiſeram, diutius retinere. Is enim inſeruiiſſet, ſi Ienae manſiſſem, commercio meo epiſtolarum botanici argumenti, ſed nunc inſeruiet Exc. ſucceſſori meo, et comilitonibus rei herbariae cupidis, ſimul vero teſtis eſto, quanta induſtria officium mihi demandatum fecerim.

Data vero hac opportuna occaſione, non poſſum, quin omnibus ac ſingulis fautoribus meis, quorum munificentiam, liberalitatem, humanitatem, et ſingularem erga me fauorem toties expertus ſum, gratias agam, quas debeo maximas, meque tot ac tantis fautoribus commendem.

Quum occupatus eſſem Ienae botanicis diſquiſitionibus, vt floram indigenam mihi cognitam redderem, *Ruppii* librum a Perill. *Hallero* inſigniter auctum atque emendatum, toties euoluere non neglexi, vt nunc affirmare audeam, me omnes ſub examen reuocaſſe plantas, quotquot recenſuit b. *Ruppius*.

Sed paſſim dubia occurrunt in illo libello, quae nec ſoluere potuit Perill. *Hallerus;* non paucas bis recenſuit plantas *Ruppius*, ſynonyma non vbique recte adſcripſit,

ſit,

ſit, vt multa eſſent in flora ienenſi corrigenda. Sic vero correxi meum exemplar, vt nouum meditarer de flora ienenſi librum ſuo tempore edendum. Plantae nimirum permultae non amplius in iis coluntur hortis, in quibus illas vidit olim *Ruppius*, hinc delenda alia, addenda alia vbique. Tandem cum in flora ienenſi nullam recenſere vellem plantam, quam non ipſe vidiſſem, quod etiam de muſcis, filicibus, graminibus, fungis, intelligi volo, multo labore adhuc opus erat, antequam omnibus numeris abſolutum opus promittere potuiſſem.

Sed, vt vno quaſi intuitu diſcerent commilitones, quaenam plantae in agro ienenſi poſſint colligi, illas ſaltim in indice meo recenſui, quas ipſe vidi.

Linneanis nominibus vſus ſum vbique, ſed in indice, quem nunc exhibeo, paginam allegaui libri *Ruppiani*, et cum *Linneus* ſynonyma vbique adſcripſerit, facile inueniri poſſunt in libro *Ruppii* plantae, quas ſponte in agro ienenſi creſcere ſcio.

Nunc valedixi muſis ienenſibus, et aliis occupatus negotiis, non poſſum perficere librum de flora ienenſi, quem meditabar. Sed, quas diuitias florae ager ienen-

 ſis

ſis profert, ſucceſſor meus in cathedra ienenſi, ſine dubio indicabit. Ego vero reor, me meo ſatisfeciſſe officio, cum Ienae viuerem; nullam enim occaſionem praetermiſi, qua meum commilitonibus inſeruiendi ſtudium probare potui vnquam. Laetor ex coetu auditorum meorum non paucos me amare, mihique gratum teſtari animum, maxime vero laetor, *Te*, Vir Clariſſime, per aliquot iam annos me amaſſe. Amorem *Tuum*, vt erga me conſeruare velis, in votis habeo, *Tibique* in poſterum etiam me commendo. Vale. Scrib. Gottingae d. VIII. Maii. MDCCLXXIII.



INDEX

INDEX

PLANTARVM

HORTI ET AGRI

I E N E N S I S.



A

Acalypha virginica.
Acanthus mollis.
Acer Tataricum.
Pſeudoplatanus. p. 101.
Platanoides. p. 101.
Penſyluanicum.
Campeſtre. p. 101.
Achyllaea Ageratum.
Ptarmica. p. 174.
Millefolium. ib.
Achyranthes aſpera.
lappacea.
Aconitum Lycoctonum. p. 290.
Napellus.
Anthora.
Acorus *Calamus*.
Acroſtichum ſeptentrionale. p. 345.
Actaea Spicata. p. 95.
Adonis aeſtiualis. p. 159.
vernalis. p. 158.

Amaranthus hybridus.
paniculatus.
ſanguineus.
retroflexus.
flauus.
hypochondriacus.
cruentus.
caudatus.
Amaryllis lutea.
formoſiſſima.
ſarnienſis.
Ambroſia trifida.
maritima.
Amethyſtea coerulea.
Ammi maius.
Amomum Zingiber.
Amygdalus Perſica.
communis.
nana.
Anacardium occidentale.
Anacyclus Valentinus.
Anagallis aruenſis. p. 19.
monelli.
latifolia.
linifolia.
Nemorum. p. 19.
Anaſtatica Hierachuntica.
Anchuſa officinalis. p. 12.
anguſtifolia.
vndulata.

Antir-

Antirrhinum Supinum.
minus. p. 242.
Linaria. ib.
chalepenſe.
reflexum.
maius.
Orontium. p. 241.
Aſarina.
Antholyza Cunonia.
Anthoxanthum odoratum.
Anthyllis tetraphylla.
Vulneraria. p. 257.
Barba Iouis.
Aphanes aruenſis. p. 64.
Apium Petroſelinum.
graueolens. p. 284.
Apocynum fruteſcens.
Aquilegia vulgaris. p. 164.
Arabis alpina.
thaliana. p. 78.
pendula.
Turrita.
Arachis hypogaea.
Arbutus Vnedo.
Arctium Lappa. p. 189.
Perſonata.
Arctotis triſtis.
anguſtifolia.
acaulis.

Are

Aſperula cynanchica. p. 7.
Aſphodelus luteus.
fiſtuloſus.
Aſplenium Scolopendrium. p. 346.
Ceterach. p. 347.
Ruta muraria. ib.
Adianthum nigrum. p. 345.
Trichomanes ramoſum. p. 346.
Aſter tenellus.
Tripolium. p. 179.
Amellus. p. 178.
Tradeſcanti.
Chinenſis.
Aſtragalus alopecuroides.
capitatus.
galegiformis.
vliginoſus.
carolinianus.
Cicer. p. 270.
glycyphyllos. p. 269.
hamoſus. p. 270.
baeticus.
Epiglottis.
ſinicus.
montanus. p. 270.
Aſtrantia maior.
Athamanta Libanotis
Ceruaria. p. 274.
Oreoſelinum.
Meum.

Atriplex roſea. p. 341.
ſibirica,
hortenſis. p. 340.
haſtata. p. 341.
patula. ib.
Atropa Belladonna.
Phyſaloides.
Auena *ſatiua.*
fatua.
Axyris ceratoides.
amaranthoides.
hybrida.

B

Baccharis iuaefolia.
Ballota nigra. p. 226.
ſuaueoleus.
Baſella rubra
alba.
Bellis perennis. p. 172.
Berberis vulgaris. p. 156.
cretica.
Beta vulgaris.
Cicla. p. 341.
Betonica officinalis. p. 230.
Betula alba. p. 330.
nigra.
lenta.
pumila.

Betula alnus. α. β.
Bidens tripartita.
nodiflora.
cernua. p. 168.
frondoſa.
piloſa.
bipinnata.
niuea.
bullata.
Bignonia Catalpa.
Biſcutella auriculata
didyma
Biſerrula Pelecinus.
Blitum capitatum
virgatum.
Boerhauia diandra.
Bombax Goſſypinum.
Borago officinalis.
africana.
Braſſica orientalis. p. 25.
campeſtris.
Rapa. p. 83.
oleracea. p. 74.
Eruca.
Briza minor.
maxima.
Eragroſtis.
Bromelia Ananas.
Bromus ſecalinus. p. 315.
mollis. ib.

Cacalia ficoides.
hastata.
Cactus mammillaris.
heptagonus.
tetragonus.
hexagonus.
peruuianus.
grandiflorus.
flagelliformis.
Opuntia.
Ficus Indica.
Calendula aruensis.
officinalis.
pluuialis.
hybrida.
Callitriche verna. p. 55.
autumnalis. ib.
Caltha palustris. p. 32.
Calycanthus floridus.
Campanula rotundifolia. p. 31.
rapunculus. p. 30.
pyramidalis.
latifolia.
rapunculoides. p. 30.
Trachelium. p. 29.
glomerata. ib.
Ceruicaria. ib.
medium.
Speculum. p. 31.
hybrida.

Campa-

Campanula Erinus.
Camphorosma monspeliaca.
Canna indica.
Cannabis satiua.
Capsicum annuum.
Cardamine impatiens. p. 79.
pratensis. p. 80.
amara. ib.
Cardiospermum Halicacabus.
Carduus leucographus.
lanceolatus. p. 185.
nutans. p. 186.
acanthoides. ib.
crispus. ib.
pycnocephalus.
cyanoides.
defloratus. p. 187.
tuberosus. p. 188.
casabonae.
marianus.
Syriacus.
eriophorus. p. 186.
Serratuloides.
mollis.
acaulis. p. 188.
Carlina acaulis. p. 212.
vulgaris. ib.
Carpesium cernuum.
Carpinus *betulus.*
Carthamus tinctorius.

Carthamus creticus.
Carum Carui. p. 281.
Catananche coerulea.
lutea.
Caucalis Daucoides.
mauritanica.
platycarpos.
leptophylla. p. 278.
Celoſia criſtata.
coccinea.
Celſia orientalis.
Cenchrus racemoſus.
ecchinatus.
Centaurea crupina.
moſchata.
montana.
Cyanus.
ſemperuirens.
ſcabioſa. p. 184.
orientalis.
iacea. p. 183.
glaſtifolia.
Sonchifolia.
napifolia.
Benedicta.
eriophora:
Calcitrapa. p. 185.
Solſtitialis.
melitenſis.
Sicula.

Centau-

Chelidonium Glaucium.
corniculatum.
hybridum.

Chelone glabra.

Chenopodium bonus Henricus. p. 338.
rubrum. p. 337.
murale. ib.
ſerotinum.
album. p. 338.
Botrys.
ambroſioides.
glaucum. p. 338.
Vuluaria. ib.
polyſpermum. p. 339.
Scoparia.
ariſtatum.

Chiococca alternifolia.

Chryſanthemum fruteſcens.
ſerotinum.
Leucanthemum. p. 170.
inodoruan.
corymboſum.
ſegetum.
Myconis.
coronarium.

Chryſocoma Coma aurea.
Linoſyris.

Chryſoplenium oppoſitifolium. p. 73.

Cichorium Intybus. p. 208.

Cicho-

Cichorium Ediuia.
Cicuta viroſa.
Cimicifuga foetida.
Cineraria geifolia.
Sibirica.
glauca.
Cineraria paluſtris. p. 178.
alpina. p. 177. 8.
maritima.
canadenſis.
amelloides.
Circaea lutetiana. p. 55.
alpina. ib.
Ciſſampelos ſmilacina.
Ciſtus laurifolius.
Saluifolius
albidus.
ledifolius.
Salicifolius.
aegyptiacus.
Serpyllifolius.
Helianthemum. p. 119.
Citrus medica.
aurantium.
Clematis Viticella.
Vitalba. p. 68.
Flammula.
erecta.
integrifolia.
Cleome ornithopodioides.

Clinopodium vulgare.
Clutia pulchella.
Clypeola Ionthlaſpi.
maritima.
Cneorum tricoccon.
Cnicus oleraceus. p. 189.
Cnicus Acarna.
cernuus.
Cochlearia officinalis.
Coronopus. p. 86.
Armoracea.
Coix Lacryma.
Colchicum autumnale. p. 35.
variegatum.
Collinſonia canadenſis.
Colutea arboreſcens.
fruteſcens.
herbacea.
Comarum paluſtre. p. 107.
Commelina communis.
tuberoſa.
Conferua glomerata. p. 352.
Conium maculatum. p. 284.
africanum.
Conuallaria *maialis.*
Polygonatum. p. 51.
multiflora. ib.
racemoſa.
bifolia. p. 93.
Conuoluulus aruenſis. p. 28.

Crambe maritima.
orientalis.
hiſpanica.
Craſſula Portulacaria.
orbicularis.
Crataegus Aria.
torminalis. p. 136.
coccinea.
Crus Galli.
Oxyacantha. p. 136.
Crepis barbata.
alpina.
rubra.
foetida. p. 198.
rhagadioloides.
Sibirica.
tectorum.
biennis.
pulchra.
Crithmum maritimum.
Crocus vernus.
Crotalaria laburnifolia.
incana.
Crucianella anguſtifolia.
Cucubalus bacciferus. p. 142.
Behen. p. 125.
fabarius.
tartaricus.
catholicus.
Otites. p. 125.

Cucumis prophetarum.
melo.
ſatiuus.
Cucurbita *lagenaria.*
Pepo.
verrucoſa.
melopepo.
citrullus.
Cuminum Cyminum.
Cupreſſus ſemperuirens.
thyoides.
Cuſcuta Europaea. p. 27.
Cyclamen Europaeum.
Cynanchum hirtum.
Cynara *Scolymus.*
Cynogloſſum officinale. p. 12.
virginicum.
cheirifolium.
apenninum.
linifolium.
omphalodes.
Cynoſurus Coracan.
aegyptius.
aureus.
Cypripedium Calceolus. p. 293.
Cytiſus Laburnum.
Seſſilifolius.

D.

D.

Daphne mezereum. p. 40.
Datura ferox.
ſtramonium.
Tatula.
faſtuoſa.
metel.
Daucus *Carota.*
Gingidium.
muricatus.
Delphinium Conſolida. p. 291.
Ajacis.
elatum.
Staphisagria.
Dentaria bulbifera. p. 80.
Dianthus barbatus.
carthuſianorum.
Armeria. p. 119.
prolifer. ib.
Caryophyllus. p. 118.
glaucus.
chinenſis.
ſuperbus.
virgineus.
Dictamnus albus. p. 291.
Digitalis purpurea.
lutea. p. 243.
ferruginea.
Thapſi.

Dipſacus Fullonum. p. 217.
lacíniatus.
piloſus. p. 217.
Dolichos Lablab.
ſeſquipedalis.
Draba verna. p. 84.
muralis.
Dracocephalum canarienſe.
Ruyſchiana.
grandiflorum.
Sibiricum.
Moldauica.
caneſcens.
peltatum.
thymiflorum.

E.

Echinops ſphaerocephalus.
Ritro.
Strigoſus.
Ecchites agglutinata.
Echium vulgare. p. 218.
creticum.
orientale.
luſitanicum.
Elymus arenarius.
Sibiricus.
philadelphicus.
canadenſis.

Epime-

Fraga-

G.

Gentia

Inula Pulicaria. ib.
Salicina. p. 180.
hirta. ib.
germanica. p. 181.
bifrons.
Ipomaea coccinea.
triloba.
Iris Suſiana.
florentina. β.
germanica. p. 31.
Sambucina.
ſqualens.
variegata.
pumila.
foetidiſſima.
ſibirica.
graminea.
Iſatis *tinctoria.*
luſitanica.
Iſopyrum fumarioides.
Iuglans regia.
nigra.
Iuncus conglomeratus. p. 145.
effuſus.
filiformis. p. 144.
ſquarroſus. p. 146.
articulatus. p. 145.
bufonius. ib.
piloſus. p. 144.
campeſtris. p. 143.

K.

L.

Hypericum humifuſum. ib.
montanum. ib.
hirſutum. ib.
perfoliatum. p. 123.
Coris.
Hypochaeris maculata. p. 200
glabra. p. 199.
radicata. ib.
Hyſſopus *officinalis.*
Lopanthus.
Nepetoides.

I.

Iaſione montana. p. 31.
Iaſminum *officinale.*
grandiflorum.
fruticans.
humile.
Iberis ſemperuirens.
vmbellata.
amara.
nudicaulis. p. 271.
Illecebrum Paronychia.
Impatiens Balſamina.
noli me tangere. p. 269.
Imperatoria *Oſtruthium.*
Inula *Helenium.*
o dora.
dyſenterica. p. 181.

Gentiana Centaurium. p. 22.
ciliata. p. 21.
cruciata.
Geranium fulgidum.
inquinans.
acetoſum.
papilionaceum.
cucullatum.
gibboſum.
peltatum.
zonale.
vitifolium.
capitatum.
alchimilloides.
odoratiſſimum.
groſſularioides.
coriandrifolium.
triſte.
romanum.
cicutarium p. 28.
moſchatum.
maritimum.
gruinum.
macrorrhizum.
phaeum. α. β.
ſyluaticum. p. 129.
paluſtre.
pratenſe.
argenteum.
bohemicum.

Geranium robertianum. p. 286.
lucidum.
molle. p. 131.
carolinianum.
columbinum. p. 131.
diſſectum.
Sibiricum.
Sanguineum. p. 130.
Geropogon glabrum.
Geum virginianum.
vrbanum. p. 108.
riuale. ib.
Gladiolus communis.
Glaux maritima. p. 20.
Glecoma hederacea. p. 232.
Globularia vulgaris.
Glycine Abrus.
Apios.
Glycyrrhiza echinata.
glabra.
Gnaphalium ſordidum.
ſtaecchas.
arenarium. p. 192.
luteo-album. p. 193.
odoratiſſimum.
foetidum.
vndulatum.
margaritaceum.
dioicum. p. 193.
ſyluaticum. p. 192.

Gra-

Meſembryanthemum micans.
tortuoſum.
veruculatum.
Meſpilus germanica. p. 137.
Pyracantha.
Amelanchier.
Cotoneaſter. p. 137.
Micropus ſupinus.
erectus.
Milleria quinqueflora.
Mimoſa ſenſitiua.
virgata.
pharnambucana.
nilotica.
Mirabilis Ialapa.
longiflora.
Mnium hornum. p. 400.
Mollugo verticillata.
Moluccella laeuis.
Momordica Elaterium.
Monarda fiſtuloſa.
didyma.
Monotropa Hypopithis. p. 91.
Montia fontana. p. 121.
Morus *alba.*
nigra.
Myagrum perfoliatum.
ſatiuum. p. 85.
paniculatum.
aegyptium.

Myo-

Myoſotis ſcorpioides. p. 10.
lappula. p. 12.
apula.
Myoſurus minimus. p. 105.
Myriophyllum ſpicatum. p. 66.
verticillatum. p. 67.
Myrtus communis.

N.

Napaea dioica.
Narciſſus Ionquilla.
Nardus ſtricta. p. 307.
Nepeta Cataria. p. 230.
violacea.
ucranica.
hirſuta.
italica.
Nerium Oleander.
Nicotiana Tabacum.
fruticoſa.
ruſtica.
paniculata.
glutinoſa.
Nigella Damaſcena.
ſatiua. p. 164.
arvenſis. p. 163.
hiſpanica.
orientalis.
Nolana proſtrata.
Nymphaea alba. p. 162.

Linum flauum.
maritimum.
africanum.
catharticum. p. 132.
Radiola. p. 91.
Liriodendrum Tulipifera.
Lithoſpermum officinale
arvenſe. p. 219.
Lobelia longiflora.
ſiphilitica.
vrens.
Lolium perenne. p. 305.
Lonicera caprifolium. p. 250.
Sempervirens.
tartarica.
Lotus ſiliquoſus. p. 267.
tetragonolobus.
coniugatus.
peregrinus.
arabicus.
ornithopodioides.
iacobaeus.
hirſutus.
corniculatus. p. 267.
Lunaria rediuiua.
annua.
Lupinus *albus.*
varius.
luteus.
Lychnis *chalcedonica.*

Lych-

Lychnis Flos cuculi. p. 116.
　　dioica. p. 115.
Lycium afrum.
Lycoperdon Boviſta.
Lycopodium Selago. p. 386.
Lycopus Europaeus.
　　virginicus.
Lycopſis veſicaria. p. 214.
　　pulla. ib.
　　variegata.
　　arvenſis. p. 218.
　　orientalis.
Lygeum Spartum. p. 307.
Lyſimachia vulgaris. p. 18.
　　punctata.
　　Linum ſtellatum.
　　Nummularia. p. 18.
Lythrum Salicaria. p. 146.
　　hyſſopifolia.

M.

Magnolia glauca.
Malua gangetica.
　　coromandeliana.
　　peruuiana.
　　limenſis.
　　bryonifolia.
　　capenſis.
　　caroliniana.

Lauandula *Spica.*
multifida.
dentata.
ſtaechas.
Laurus Benzoin.
Ledum paluſtre.
Leontodon Taraxacum. p. 197.
autumnale. p. 198.
Leonurus Cardiaca. p. 228.
Marrubiaſtrum.
Tataricus.
Sibiricus.
Lepidium perfoliatum.
ſatiuum. p. 86.
latifolium.
graminifolium.
iberis. p. 87.
bonarienſe.
Leucoium vernum. p. 151.
aeſtiuum.
Liguſticum *Leuiſticum.*
peloponneſiacum.
Liguſtrum vulgare. p. 45.
Lilium *candidum.*
bulbiferum.
pomponium.
martagon.
Limoſella aquatica. p. 23.
Linum *vſitatiſſimum.*
perenne.

O.

P.

P.

Periploca graeca.
Petiueria alliacea.
Peucedanum officinale. p. 276.
Silaus. p. 280.
Phaca baetica. p. 296.
Phalaris canarienſis.
paradoxa.
erucaefolia.
Pharnacium Leruiana.
Phaſeolus *vulgaris.*
lunatus.
Phellandrium aquaticum. p. 282
matellina,
Philadelphus coronarius.
Phleum pratenſe.
Phlomis fruticoſa.
tuberoſa.
Phlox paniculata.
piloſa.
carolina.
glaberrima.
Phyllis Nobla.
Phyſalis ſomnifera.
flexuoſa.
Alkekengi.
angulata.
Phyteuma orbicularis. p. 248.
Phytolacca decandra.
icoſandra.
Picris echioides.

Picris hieracioides. p. 199.
Pimpinellla ſaxifraga. p. 285.
Aniſum.
Pinus ſylueſtris, p. 335.
Cembra.
Strobus.
Larix.
Picea. p. 335.
Abies ib. *laxa.*
Piſum *ſatiuum.*
maritimum.
Ochrus.
Plantago maior.
Virginica.
Lagopus.
albicans.
maritima.
Loeflingii.
Pſyllium. p. 88.
Cynops.
Platanus orientalis.
occidentalis.
Plumbago ſcandens.
Poa diſtans
criſtata.
Podophyllum peltatum.
Polemonium caeruleum.
Polycarpon tetraphyllum.
Polycnemum aruenſe. p. 339.
Polygala vulgaris. p. 252.

Ranun-

Ranunculus lingua. p. 104.
Ficaria. p. 159.
auricomus. p. 101.
ſceleratus. p. 103.
aconitifolius. p. 102.
illiricus
bulboſus. p. 103.
repens.
acris. p. 102.
lanuginoſus.
aruenſis. p. 103.
muricatus.
aquatilis. p. 103.
Raphanus *ſatiuus*
Raphaniſtrum. p. 72.
Reſeda Luteola.
caneſcens.
Seſamoides.
alba.
lutea. p. 290.
odorata.
Phyteuma
Rhamnus catharticus. p. 94.
Frangula. p. 44.
Alaternus.
Paliurus.
Spina Chriſti.
Rheum Raponticum.
Rhabarb. vndulat.

Rheum palmatum.
compactum.
Rhinanthus criſta galli p. 240.
Rhodiola roſea.
Rhus Coriaria.
typhina.
Toxicodendron.
Cotinus.
Ribes *rubrum.* p. 53.
alpinum. ib.
nigrum. ib.
reclinatum. ib.
Groſſularia.
Vua criſpa. 53.
Ricinus communis.
Ricotia aegyptiaca.
Riuina humilis.
Robinia Pſeudacacia.
Caragana.
pygmaea.
Roſa pimpinellifolia.
ſpinoſiſſima. p. 139.
centifolia.
alba.
Roſmarinus *officinalis.*
Rubia *tinctorum.*
Rubus Idaeus. p. 142.
caeſius. p. 143.
fruticoſus. p. 142.
odoratus.

Rubus ſaxatilis. p. 142.
Chamaemorus.
Rudbeckia laciniata.
triloba.
hirta
anguſtifolia.
Ruellia ſtrepens.
clandeſtina.
Rumex patientia.
ſanguineus.
criſpus. p. 57.
perſicarioides.
maritimus.
diuaricatus.
acutus. p. 56.
obtuſifolius. p. 58.
pulcher.
bucephalophorus.
aquaticus. p. 57.
Lunaria.
veſicarius.
ſcutatus.
alpinus.
ſpinoſus.
Acetoſa. p. 58.
Acetoſella. ib.
Ruſcus aculeatus.
Ruta *graueolens*.

S.

S.

Saluia diſermas.
hiſpanica.
verticillata.
glutinoſa.
canarienſis.
Sclarea.
Ceratophylla.
Aethiopis.
Sambucus Ebulus. p. 45.
canadenſis.
nigra. p. 44.
racemoſa. p. 45.
Samolus Valerandi.
Sanguiſorba officinalis. p. 63.
Sanicula Europaea. p. 279.
Santolina Chamacypariſſus.
Saponaria officinalis. p. 117.
Vaccaria. p. 116.
Satureia iuliana.
Thymbra.
montana.
hortenſis.
Satyrium hircinum. p. 296.
viride. p. 301.
repens. p. 294.
Saxifraga Cotyledon.
craſſifolia.
punctata.
Geum.
rotundifolia.

Saxi-

Saxifraga granulata. p. 122.
tridactylites. p. 123.
Scabiosa alpina.
rigida.
transyluanica.
leucantha.
succisa. p. 216.
integrifolia.
arvensis. p. 215.
syluatica.
maritima.
stellata.
atropurpurea.
graminifolia.
ochroleuca. p. 216.
Scandix odorata. p. 277.
Pecten.
Cerefolium.
Anthriscus. p. 278.
nodosa.
inferta.
Schaenus mariscus.
Scilla amoena.
bifolia.
Scleranthus annuus. p. 3.
Scolymus *hispanicus.*
Scorpiurus vermiculata.
muricata.
sulcata.
subuillosa.

Siges-

Sigesbeckia occidentalis
Silene lusitanica.
quinquenerуia.
nocturna.
gallica.
nutans. p. 125.
amoena
paradoxa.
fruticosa.
gigantea.
viridiflora.
conoidea.
Behen.
pendula.
noctiflora. p.116.
antirrhina.
rubella.
cretica.
muscipula. p. 126.
Armeria.
acaulis.
paradoxa.
Silphium perfoliatum.
Sinapis aruensis. p. 82.
alba. ib.
nigra. ib.
iuncea.
laeuigata.
Sison segetum.
canadense.

onchus oleraceus. ib.
tenerrimus.
floridanus
orbus aucuparia. p. 140.
domeſtica. ib.
partium iunceum.
ſcoparium.
pergula aruenſis. p. 112.
pentandra. p. 113.
nodoſa. p. 112.
pilanthes oleracea.
pinachia *oleracea.*
piraea Salicifolia.
Opulifolia.
Aruncus. p. 124.
Filipendula. p. 161.
Vlmaria. p. 101.
tachys ſyluatica. p. 227.
paluſtris. ib.
alpina.
germanica. p. 227.
cretica
annua. p. 230.
taphylea pinnata.
tatice Armeria.
Limonium.
ſpecioſa.
tellaria Nemorum. p. 109.
graminea. p. 110.
tellera Paſſerine. p. 64.

Stellera Chamaeiasme.
Stipa pennata. p. 306.
capillata.
auenacea.
Symphytum officinale. p. 6.
Syringa vulgaris. p. 24.
perſica.

T.

Tagetes *patula.*
erecta.
Tamarix germanica.
Tanacetum vulgare. p. 195.
Balſamina.
Taxus baccata. p. 336.
Telephium Imperati.
Teucrium Botrys. p. 219.
Chamepithys. p. 220.
fruticans.
marum.
hircanicum.
ſcorodonia.
ſcordium. p. 220.
Chamaedris. p. 219.
lucidum.
montanum. p. 220.
Thalictrum foetidum.
tuberoſum.
Cornuti.
minus. p. 69.

Teucrium anguſtifolium. p. 69.
aquilegifolium.
Theligonum cynocrambe.
Theſium Linophyllum. p. 2.
Thlaſpi aruenſe. p. 86.
ſaxatile.
hirtum.
campeſtre. p. 85.
montanum. p. 270.
perfoliatum. p. 86.
alpeſtre.
Burſa paſtoris. p. 87.
Thuja occidentalis.
orientalis.
Thymus *ſerpillum.*
vulgaris.
Acinos. p. 232.
alpinus.
maſtichina.
Tilia *Europaea.*
Tordylium Syriacum.
latifolium p. 277.
Anthriſcus. p. 278.
Tormentilla erecta. p. 67.
reptans. ib.
Trachelium caeruleum.
Tradeſcantia virginica.
Tragopogon pratenſe. p. 208.
orientale.
porrifolium.

Tragopogon crocifolium.
picroides.
lanatum.
Trientalis europaea. p. 20.
Trifolium M. coerulea.
indica.
polonica.
officinalis.
italica.
cretica.
rubens. p. 255.
alpeſtre. p. 254.
incarnatum.
aruenſe. p. 255.
ſcabrum. ib.
ſpumoſum.
reſupinatum.
fragiferum. p. 255.
montanum. p. 254.
agrarium. p. 256.
ſpadiceum. ib.
filiforme.
Triglochin paluſtre. p. 59.
Trigonella platycarpos.
polycerata.
ſpinoſa.
corniculata.
monſpeliaca.
Foenum graecum. p. 263.
Triticum *aeſtiuum.*

Vero-

Veronica virginica.
maritima.
longifolia.
incana.
ſpicata. p. 246.
hybrida.
pinnata.
officinalis. p. 244.
ſerpyllifolia. ib.
Beccabunga. p. 246.
Anagallis. ib.
ſcutellata. p. 244.
Teucrium. ib.
chamedrys. ib.
latifolia. p. 249.
paniculata.
agreſtris. p. 245.
arvenſis. ib.
hederifolia. ib.
triphyllos. ib.
Viburnum Tinus.
Lantana. p. 41.
Opulus. p. 42.
Vicia piſiformis. p. 262.
dumetorum. p. 261.
Cracca. p. 262.
onobrychioides.
niſſoliana.
biennis.
benghalenſis.

APPENDIX
PLANTAS HORTI

A. 1772.

CONTINENS,

QVAS LINNEVS VEL NONDVM RECENSVIT, VEL QVAS NONDVM CVM LINNEI SYSTEMATE COMPARARE POTVI.

Acer rubrum. *Munchh.* p. 95.
Aconitum Norwegicum.
Amaranthus coccineus,
elegans, maximus,
Parkinſ. Theatr. 753.
Tournef. 235.
Aparine ſemine Coriandri.
Parkinſ. et *Rupp.* p. 5.
Arenaria ſaxatilis.
H. R. P.
Bidens Acmellae facie
Plumier.
Cicer ſatiu. ſemine rufo. *Mill.* T.
I. p. 27. N. 1.
Colutea Iſtria, vid. Munchhuſ.
Cornus Amomum *Mill.* p. 841.
Crataegus lucida. *Mill.* p. 870.
Cynogloſſum latifol. foetid.
H. R. P.
Datura Alkekengifol.
H. R. P.
Delphinium perenne, aconitifol.
minus villoſ. *Ammann.*
Delphinum quintum *Zinnii.*
Echium ſylu. hirſut. tenuifol.
Allion.

Euony-

Euonymus verrucoſus
Scopoli.
Foeniculum elatius.
H. R. P.
Geranium haematodon Sinenſe.
H. R. P.
Iuglans glabra. *Mill.*
Iuniperus Virgin. *Mill.*
Lapſana. fol. ampliſſ. criſp.
Cheſeld.
Malua cretica *Allion.*
Melilotus fl. et ſiliqu. max. denſe ſpicat. *Allion.*
Ononis villoſa. *Allion.*
Pinus Laricina *du Roi.*
virgin. *Mill.*
marit. *Mill.*
rigid. *Mill.*
alnus Canad. *Mill.*
rubra. *Munchh.* p. 216.
Phyſalis fruteſc. fructibus verticillatis flau. rubr. *Fabric.* enum. H. Helmſt. p. 184.
Pulmonaria aegypt. H. R. P.
Roſa Virgin. *Mill.*
Saluia cretica *Allion.*
Scabioſa Aleppenſ. fl. marg. fimbriato. H. R. P.

S

Sinapi hirſutum raphani
fol. elatius T.
Serratula annua ſerm. ciliato
elegantiſſ. ſ. Crupina Belgar.
Mill.
Siſymbrium Balearicum ſiliqu.
breu. echinat. H. R. P.
Stachys or. ſaluiae fol. H. R. P.
Sonchus Niliacus Giges, *Lipp.*
Thlaſpidium apulum ſpicatum
H. R. P.
— aegypt. fructu minimo.
H. R. P.
Tragoſelinum or. laciniat.
umbella alb. H. R. P.
Valerianella ſemine ſtellato.
Mill. T. II. p. 365. N. 4.

FINIS.



Serenissimi Saxoniae Duces, demandarunt nup
professionem medicinae theoreticae et botan
cae Viro Perill. *Casim. Christoph. Schmiedeli*
cuius immortalia in rem herbariam merita long
lateque celebrantur. Floram ienensem omnib
numeris absolutam certissime promittit Ill. Vi
singularis plane industria, et laetor de increme
tis, quae hortus debebit intra breue tempor
spatium, tanto Botanico, cui meos conatus d
meliori commendo. Scrib. Gottingae d. XII. Iu
1773.
